



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

6. In percussione Clerici necessaria defensio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

(nisi forte in graui necessitate)  
 Quare si pro verberatione Abbas  
 substitueret laicum, & ille & ver-  
 berans excommunicaretur. Poteſt  
 tamen Prælatus brachium fæcu-  
 lare, aut famulos laicos in neceſ-  
 sitate ad capiendum Religiosum  
 adhibere, uti habetur in Statutis S.  
 Ord: Præm: dist: 3. c. 9. & Cap. vt.  
 famæ. 35. & Cap. si Clericos. 15. in 6.  
 de ſententia excommunicationis. De-  
 decet vero Episcopum per ſe virgis caſti-  
 gare Clericos. Ex C. Non licet Episcopo.  
 dist. 89. Quid hac in re Abbatii fa-  
 ciendum videantur noſtra Statu-  
 ta.

VI. Excipe, qui ob ſui ſuorumq;  
 aut Innocentis neceſſariam defen-  
 ſionem, vel prouocatus ſine mag-  
 na infamiæ nota v. g. Nobilis  
 nequeat euadere, feruato inculpa-  
 tæ tutelæ moderamine [A] Cleri-  
 cum percutit, aut qui cum uxore,  
 ſponsâ de præſenti, Matre, Filia,  
 Sorore

Sorore turpiter agentem, id est  
amplexantem aliosque auctus im-  
pudicos exercentem, vel solum  
cum solâ tempore & loco merito  
suspectis, repertum (etiam si per-  
cutiendo peccet) verberibus gra-  
uiter pulsat, secus esset si reperiret  
amplexantem v. g. aut turpiter  
tractantem personas non ita san-  
guine proximo coniunctas, affinē  
aut Vxoris sororem, seu in gradu  
ascendente seu descendente. [B]

[A] Cap. si vero 3. de sentent. Ex-  
com: less, lib. 2. Cap. 9. dub. 8. n.

43. cum ea moderatione sine qua  
iniuria non potest arceri, quia ne-  
mini licet in defensione vi maiori  
vti, quam sit necesse ad iniuriam  
depellendam. Sic Mulier verbis  
duntaxat non facto à Clerico ad im-  
pudicitiam in vitata non potest sta-  
tim pugnis, nisi nimium esset mo-  
lestus et verba nihil proficerent,  
sed verbis vti Aula. P. 2. d. 4.

D 2

dub.

dub. 13. Coning. To disp. 4. dub.  
15. num. 19. 7. Sayr. Thesau.  
lib. 3. Cap. 27 n. 42. S [B] ex con-  
cessione Iuris quod difficile putetur  
in tali casu iusto dolori imperare,  
et manus violentas a Clerico ab-  
stinere : quare percussio fieri de-  
bet in continentia. subito et qua-  
si in flagranti delicto, quae dolo-  
ris vehementia in reliquis perso-  
nis tanta tamq; efficax non solet  
a Iure præsumi. v. g. cum spon-  
sâ de futuro : Auila et Coning:  
cit. cum Nau. Cap. 27. num.  
84. Etiam si maritus de aduentu  
Clerici certus domi se occulet et  
postea turpiter cum Vxore agen-  
tem verberet aut occidat cessante  
dolo, si nimis maritus curasset  
Clericum inuitari ad huiusmodi  
turpia. Auila cit. Imo si Clericus  
ter monitus a Marito, ut colloquio  
et familiaritate aliqui honestâ  
vollet abstinere, posset illum cum

Vxore

uxore honeste repertum ad 24.  
horas detinere ut Prælato suo siste-  
retur, cauere tamen debet ne  
verberet: Idem. Cit.

VII. Præterea Iudices Eccle-  
siasticos qui seruato procedendi  
modo, Clericu~~t~~ torqueri aut ver-  
berari virgis mandant per laicum,  
etiam si adhiberi possit Clericus,  
quod nullum ius id prohibeat;  
Verberatio namque ex Cap. Uni-  
uersitatis dirigitur ad disciplinam  
Regularem, cum tortura non ad  
punitionem sed ad confessionem  
criminis dirigatur. Licet aliqui  
afferant torturam æquè ac verbe-  
rationem, si Clerici copia adsit, à  
Clerico esse perficiendam, nihil  
ominus videtur consuetudo juri  
præualuisse, si quod est, & quide[m]  
merito, quod tortura præsertim  
acerbior nec commodè nec hone-  
stè à Clerico possit exerceri. Benè  
notanda doctrina Cap. contingit

D 3

36. de-